



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac
sumptu haud ita modico ...**

Rupert <von Deutz>

Colonia, M. D. XXVI.

VD16 R 3796

De tertia s[entent]ia, cumq[ue] uidisset deus, dixit ad Noe, finis uniuersæ
carnis uenit cora[m] me, fac tibi archa[m] q[uo]d p[er]sonæ congruat
Sp[irit]us Sancti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

Propterea (inquam) quia uidelicet propter hoc ipsum iustam habeo potestatem facere iudicium, quia filius hominis sum: uel simul intelligendum est, & ab eis uel ab eorum similibus mortificatus. i. certissime mortificandus sum. ¶ Quid uero est, quod dicit scriptura, tactus dolore cordis intrinsecus? Quid est illud intrinsecus? Non enim est deus, ut homo cuius est corpus extrinsecus & anima intrinsecus. Ergo quod dictum est intrinsecus, illud secretum significat, de quo Apostolus ad Ephesios: Et illuminare (inquit) omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in deo, qui omnia creauit, innotescat principibus & potestatibus in cælestibus. Nam quia dolor ille, quo futurus erat dolens pro nobis, & quæ ipse quasi iam præsentem uidebat (ut iam dictum est) absconditus erat & angelis & hominibus recte dictum est, & tactus dolore cordis intrinsecus. ¶ Quid illud quoque est, quod dicit, & præcauens in futurum? Nimirum secundum eundem sensum idem est ac si diceret, prouidens ut dolor ipsius multum haberet fructum. Ad eandem prouisionem siue prouidentiam & illud pertinet, quod in Psalmo dicit. Quæ utilitas in carne mea, dum descendo in corrupti onem? Nisi enim & illo diluuii deletum, & alijs multis miseris repletum fuisset genus humanum, & nisi cito ceruicis nostræ redigerentur in lutum, quomodo susciperemus humilitatis Christi iugum, cum etiam nunc uix uexatio auditui det intellectum: quando homo natus ex muliere, breui uiuens tempore, repletus multis miseris, & dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Tactus dolore cordis intrinsecus

Ephe. 3.

Et præcauens in futurum.

Psalm. 29

Esa. 28

Iob. 14

Psalm. 29

Betertia sententia. Cunctis uidisset deus, dixit ad Noe, finis uniuersæ carnis uenit coram me, fac tibi archam, quod personæ congruat spiritus sancti.

Caput XVII.



A quæ sequuntur, cunctis uidisset deus terram esse corruptam, dixit ad Noe Finis uniuersæ carnis uenit coram me, fac tibi archam de lignis leuigatis, & cætera, inter quæ scriptum est, quia columba uenit ad eum ad uesperam portans ramum oliuæ uirentibus folijs in ore suo, nimirum personæ congruit spiritus sancti: ita ut iam hic ueraciter dicas illud Dauidicum: Misericordia & ueritas obuauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt. ¶ Denique spiritus sanctus, ipse est misericordia, sicut in Psalmo canimus: Deus meus misericordia mea: & dei filius ipse est ueritas, sicut ipse dixit, ego sum ueritas. Et quis nesciat, quia sicut ueritatis fuit, quod deus uiridens (ut iam dictum est) quod multa malitia hominum esset in terra. Delebo (inquit) hominem quem creauit, à facie terræ, ab homine usque ad animantia, à reptili usque ad uolucres cæli: ita & misericordiae fuit, quod dixit ad Noe: Ponam fœdus meum tecum, & ingredieris archam tuam, & uxores filiorum tuorum tecum, & ex cunctis animalibus uniuersæ carnis bina induces in archam, ut uiuant tecum masculi sexus & foemini, ut saluetur semen super uniuersam faciem uniuersæ terræ. ¶ Igitur tam uerbis quam factis in illo tanto negotio tam magni iudicij, Trinitas sese ostendit pariter & abscondit: & in cæteris huius agri, id est, sanctæ scripturæ, locis præcipuis idem speramus, quod thesaurus iste ab illis, qui pie querunt, sine dubio possit inueniri. Proinde sequamur, & uigilantibus oculis omnem, quoad possumus, locum perspiciamus ac scrutemur.

Gene. 6.

Gene. 8.

Psalm. 34

Spi. s. ipse est misericordia.

Psalm. 28.

Iohan. 14

Gene. 6.

Ibidem

Trinitas thesaurus in agro scripturæ absconditus

Be eo quod dixit deus, uenite igitur & descendamus & confundamus ibi linguas eorum, quia sic uox trinitatis, sicut & illud dictum pluraliter: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.

Ca. XVIII.



Descendit autem dominus, ut uideret ciuitatem & turrim quam ædificabant filij Adam, & dixit: Ecce unus est populus, & unum labium omnibus. Cœperuntque hoc facere, nec desisterunt à cogitationibus suis, donec eas opere complerent. Venite igitur descendamus & confundamus ibi linguam eorum. ¶ Et res uera sicut in præuocatione Adæ res acciderat tam magna, cui sese deberet opponere sancta Trinitas, ita & hic. Quale enim erat quod incendebant filij Adam, dicentes: Venite faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum? Nimirum eodem ausu superbiam decipiebantur, quo & ille deceptus est, ambiendo ut esset sicut deus, & ille agitabat eos, qui dixit in corde suo, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Propter eiusmodi superbiam, quam imitabantur, congrue scriptura denotat eos. no-

Gene. 11.

Filij Adæ imitatoris superbiam

Esa. 14

eminans